

TORTULA CONFUSA Card. (*Barbula glacialis*) Besch *Prodi.* p. 38.
non Kze.). - A *T. glaciali* (Kze.) Mitt. austro-americana, cum
qua a el. Bescherelle confusa, foliis subspathulatis; vel subpandu-
riformibus, apice late rotundatis (nec oblongo-lanceolatis), margini-
bus planis vel interdum in parte inferiore parce vix reflexis certe
diversa. Folia siccitate spiraliter contorta, fragillima, lamina mox
destructa, nervo lutescente vel rubente in mucronem brevem acu-
tum excurrente, cellulis inferioribus hyalinis late breviterque rec-
tangulis, illis laminae viridis majusculis, grosse papillosis. Capsula
in pedicello 6-12 millim. longo erecta vel inclinata, cylindrica,
arcuatula operculo circa tertiam partem capsulae aequante,
Peristomii tubus brevis, sed distinctus.

Orizaba (Liebmann, in herb. Mus. Paris). Etat de Michoacan
près de Patzcuaro, rochers, 1890 (n. 747).

Rev. Bryol. 36:87 1909